





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-492833-p0002-4

DFG

1638.

1. Decker, Fridericus : De legitima liberorum.
2. Rebhan, Iohannes : De necessaria defensione
3. Schill, Iohannes Heinricus : De iuriis Pandematis  
praescriptione
4. Taber, Iohannes Otto : Specimen vindicacionis Corol-  
narum sive sententia Constitutionis Consalinal  
de iudiciis publicis thes. 178 \*

1639.

1. Berger, David : De usurpato palae seu bipediis quod  
urant fore, sive de meliori alioribus colono-  
rum simpliciis.
2. Lindener, Iohannes : De pactis dotalibus
3. a. Rebhan, Iohannes : Hypothyponis et summaris  
Inquisitio questionis, quae uox mercantur  
ris et proprie dicatur. 2 fasc. 1639 & 1717
4. Taber, Iohannes Otto : De septenario testium testam enta  
vixim numero.

1639

5. Tabor, Iohannes Otto: De mura.

1640

1. Becholdus, Iohannes: De nominatione

2. Pilstein, Iustus: De ignorantia juris.

3. Boecleus, Jo. Henricus: De fatis litterariorum nostri tam  
primiti ponis. Accedit census programmatis Argenti  
zalensis (7 Dec. a.c. 1663 editi).

4. Lissimanger, Ioh. Hippolytus: De bonis paraphernalibus

5. Eyselius, Laurentius: De arbitris

6. Griseus, Iohannes Philippus: De testamento imperfecto  
inter liberos

7. Tabor, Iohannes Otto: De suffragatorum opera et remunera-  
tione vulgo det. affectione geldt.

8. Tabor, Ioh. Otto: Fundacione consuetudinum virorufis.

9. Tabor, Ioh. Otto: De jure iurando. Trip. I.

10. Tabor, Ioh. Otto: Analysis l. m. C. ubi deponemone  
et operat.

1641.

1. Beckius Laurentius : Disputatio iuris ad C. 12 P.  
et 1. Comit. de falso.
2. Bickeras, Gregorius : Commentationis ad locum iure  
in l. prouidori 38 ex contrario off. de aquis vel aquaria  
possess. part II. ~~concernit~~
3. Breschen, Johannes : De constituto.
4. Gams, Paulus : De pactio affectio.
5. Heus, Ernestus : De testamentis implicitis.
6. Lohringhausen, Philippus Erhardus : De jure  
vestigalium.
7. Otto, Fredericus : De missione in possessio-  
nem ex testamento secundum l. u. c. C. dc  
erit. D. Hadrostoll.
8. Reckhan, Janus : De protestationibus.
9. Wild, Johannes Brumbergus : De interventione

1642.

1. Agricola, Iohannes Jacobus : Discours . . . ea 1556.  
lib 4. Inst. imp. Iustiniani de actionibus



1642.

2. Biceius, Gregorius : *Commentationis et lucum  
juriſ famuſissimum . . . in l. poniſ deni 35.  
ex contrario 5 ff. De acq[ui]ſitio[n]e vel amittend. prouers.  
ponis II membrum 2*
3. Guldien, Iohannes Georgius : *De reconvocatione*
4. Rorbacher, Henricus : *De eo, quod interest*
5. Schoener, Iohannes Fridericus : *De unione prouinciarum*
6. Schwarzer, Georgius : *De jure accrescendi*
7. Stucker, Iohannes : *De constitutione et acquisitione  
fundi et inde competenti jure*
8. Taber, Iohannes Otto : *Benedictorum sine quaestiorum  
publice tractatarum syllage I*
9. Taber, Iohannes Otto : *Selectarum iuriſ quaestiorum  
et faciliorum paraboliorum Werubecio intellectorum  
directive disputatio XII ad lib 3. lib. 3. n. 4. De per  
sonis, quae procuratores constituiere possunt . . .*



1642.

10. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad facilitorem paratitlorum Wesenbeccii intellectum  
declararum disputatio XI et lib 3. lit 3 § 59 priores  
de procuratoribus.

11. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad facilitorem paratitlorum Wesenbeccii intellectum  
declararum disputatio XIII ex lib . 3 lit 3 n 4.  
de personis, quae procuratores dari possint.

12. Tabor, Ioh. Otto : De jure societate occasione p. 45  
pascenda & c. de pactis.








Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-492833-p0009-7

DFG






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-492833-p0011-4

DFG







Omnigenæ felicitatis satoris & datoris

Dei Opt. Max. auxilio gratioſo ſubmiffè  
& devotè invocato,

258.

Nobilissimi & Ampliſſimi

JURE CONSULTORUM

Ordinis in celeberrimâ Inclytâ Rcipubl.

Argentinensis Universitate

1638, 3.

DECRETO ET AUTORITATE,

Has assertiones INAUGURALES

DE

J U R I S

LAUDEMIALIS

PRÆSCRIPTIONE.

IMMUNITATUM AC

PRIVILEGIORUM IN UTROQVE JURE

Doctoralium obtinendorum

C A V S A

Discussioni & censuræ publicæ ſubmittit,  
& propugnaturus est

JOHANNES HEINRICUS Schill/  
Durlaco-Marchicus.

Die i. Mensis Octobris.

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS REPPIL.

ANNO M. DC. XXXVIII.



Nobilissimis, Magnificis, Amplissi-  
mis, Consultissimis, Excellen-  
tissimis, Clarissimis

V I R I S,

DN. ERNESTO FRIDERICO MOLLINGERO.  
J. U. D. Com. Palat. Cæs. inclytæ Reip. Argentinensis Consi-  
liario & Advocato gravissimo, Patrono suo magno.

DN. JOHANNI OTTONI TABOR, J. U. D. & in  
alma Argentinensium Universitate Cod. & Feud. Professori  
celeberrimo, Præceptori, Promotori & Fautori suo summâ  
θεραπεiā obſervando.

DN. JOHANNI GUILIELMO ABELIO, Sereniss.  
Principis ac Domini , Domini Frid. March. Bad. & Hach-  
berg. &c: Consiliario, & ærarii præfecto meritissimo, Susce-  
ptori suo patris ad instar æternum honorando.

V T E T

Prudentissimo, variarumq; rerum usu spe-  
ctatissimo viro,

DN. STEPHANO Dür / rei lignariæ Reipubl. Argent. Cu-  
ratori vigilantissimo, Fautori & Hospiti de se optimè merito.

Dominis Mecænatibus, iugurtais, Promotoribus  
& Benefactoribus suis summo reverentia  
cultu perpetim colendis

disputationem hanc inauguralem  
In debita obſervantia leximpior,  
Animi beneficia recolentis ætatemque  
Et ulteriorem sui commendationem

Q. • Eo, quo decet, affectu  
D. D. D.

Joh. Henricus Schill.



N Nomine Domini nostri Jesu Christi, qui & res penitus desperatas donare, & consummare virtutis suæ magnitudine potest. *Iustinian. in §. 2. de concept. ff. l. i. §. i. in fin. C. de V. I. E. ad omnia consilia, omnesque actus semper progredendum. l. 2. in pr. C. de off. pref. prator. Afr.*

### THEISIS I.

Quanquam regulariter omnis rei alienæ alienatio sit in jure nostro prohibita. t. t. C. de reb. alien. non alienand. l. 30. in f. C. de pact. l. 20. ff. de A.R.D. casus tamen nonnulli reperiuntur, quibus etiam res alienas quadam tenus alienando licet trāsferre. l. 2. C. de commun. rer. alienat. l. 2. & l. fin. C. de quadrienn. præscriptione & alibi.

2. Ejus generis est etiam alienatio retum Emphyteuticarum, olim quidem & antiquitus indistinctè concessa, ut arguit sextus in §. adeò autem. 3. v. ut ecce. Inst. de locat. conduct. l. 1. in pr. ff. si ager vestigal. C. I. A. th. 52. h. t. cum & legati. l. 71. §. ult. ff. de Legat. i. l. 219. ff. de V. S. Amplissimus Dn. D. Locamerus Preceptor & Patronus meus perpetuo honoris & memoria cultu prosequendus in fascicul. q. 252. Harprecht. ad §. 3. n. 237. & seqq. Inst. de Locat. conduct. Borcholt. de feudi. cap. 3. num. 42. Italius Clarus in §. Euphyteus. q. 15. & donari. §. 3. Inst. de locat. & conduct. & ibidem Excellentissimus Dominus Doctor L. eamerus in notis suis. l. 1. C. de fundo patrimon. Coras. ad l. 3. C. de Iure Emphyt. n. 3. & in dotem dari potuerint. Harpr. d. l. num. 360. & ab eodem laudati Autores. sed hæc libera alienandi potestas Emphyteuta in venditione tantum Justiniani constitutione nova adempta est, in ceteris negotiis non item: quapropter ceteræ alienationes ipsi relictæ sunt liberæ. Quicquid enim nova lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis relictum intelligi debet. l. præcipimus 32. in fin. C. de Appellat. Bocerus sl. 2. disp. 14. th. 67. ita tamen, ut nulla alienatio jure concessa sit & valeat, nisi à novo Emphyteuta domino præmium & honorarium aliquod ultra pretium sit solutum. C. I. A. si ager vestigal. th. 59.

3. Præmium vel pretium illud supernumerarium à Justinia-

A 2 no

no sacratissimo nostro Imperatore ex pretii quantitate dicitur  
QUINQUAGESIMA ; à Feudalibus verò juris compilatoribus vocatur  
LAUDEMUM, quod vocabulum apud juris interpretes est usitatis-  
sum & frequentissimum.

4. Ne autem dum hac vice loco disputationis inauguralis  
pro more habendæ nonnihil de Juris Laudemialis præscriptione  
sum propositurus, rem illotis, quod aiunt, manibus aggrediar, pri-  
mo de Laudemii vocabulo nonnulla præmittenda mihi sunt: cum  
turpe sit prius determinare velle, quam terminos intelligere. arg.  
L. 27. ff. qui testamēt. fac posse. & quæ in verbis residet obscuritas, mul-  
tum id quod tractatur involvat, & tanquam expansa quædam nu-  
bes omnem intelligendi vim animo afferat, Imp. Leo Nov. 42. De-  
nique quia cum alijs verba nihil aliud sint, quam rerum notæ at-  
que signa; necesse sit, quemadmodum ignoratis signis, ignorantur  
signata; ita ignoratis verbis, res quoque ipsas ignorari.

5. Laudemium, (aliis Laudimium, aliis Laudemia in fœ-  
minino genere, Wesemb. consil. 16. part. 1.) cum Frantzio (cui quod  
universam Laudemiorum materiam antehac confusam, & nullibi ordina-  
tè tractatam singulari industria & eruditione in certum corpus rede-  
git, omnes qui circa materiam hanc occupati sunt, plurimum se debere fa-  
teri coguntur) habeo pro barbaro, & Latinis scriptoribus incogni-  
to vocabulo v. Amad. à Ponte Lombriuscus quest. laud. 2. à laudādo di-  
ctum videtur: sive ideo quod dominus directus alienationem in-  
ter veterem & novum Emphyteutam laudet sive approbet: sive  
ideo, quod novus Emphyteuta Laudemium in laudationem & re-  
ognitionem domini solvat. Laudare enim etsi pluribus gaudeat  
significationibus, ut idem sit, quod verbis efferre. Virg. libr. 2. Georg.  
laudato ingentia rura. nominare. Idem eod. aut illaudari nescit Busiri-  
dis aras, id est, nec nominandi. l. 6. §. 5 ff. de act. Empt. Plaut. in capt. act. 2.  
sc. 3. plerunque tamen significat approbare verbo vel scripto, vel  
reipsa. Hinc Cic. in orat. pro Sextio, Pompejus approbavit & laudavit  
sententiam Cottæ. Amad. à ponte d.l. Laudativum dici mavult Alciat.  
1. parerg. quod latinius sit, ut in simili, à donando donativum. Gi-  
phan in tractat. de Iure Feudal. cap. 2. num. ult. latinè arbitrium dici  
posse putat, motus oratione Ciceronis in Pison. cui & Calvinus in Le-  
xico de verbis feudalib. assentit, voce Lauda, abusus loc. Iustin. li. 11. c. 12.  
n. 4. Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitq; supplicem venire, & regni  
asktria viatori permittere. Idem lib. 22. cap. 2. n. 5. Concinnius & ve-  
rius



Eius Introitus dici potest, ut est apud Plin. l. 10. Ep. 113. certum aliquid  
omnes qui deinde ~~βαλεται~~ leguntur, debeant pro introitu dare l. penult. §.  
alumno ff. de legat. 3. Sueton. in Claud. Vocatur & relevium, quod  
præstando relevet eum, cui præstetur & solvatur indigenti, sed  
hæc vox ferè in feudalibus usurpatum. Rosenthal. de feud. c. 6. concl.  
66. n. 1.. Laudemium Suevi vocant. ( dicente ita Besoldus in Thesauro  
prædicto lib. h.) Handlohn / Beglossen / alii Lehenwahr / Echngelt / Erb-  
schaß / item Anleuth / Ergezung / Ehrschas / Wehn. in pract. observ.  
lit. H. Imperator Leo in Novell. 13. ~~εἰς δεκάροντα~~ appellat. Franciscus  
Sofson. in Lucern. Laudem. & alii plura barbara recensent synony-  
ma, ut pote foriscarium, addumenta, adhoæ, capsolda, Anata, ser-  
vitium bursale, Acapita, vassatium, pennaaurea. Galli nuncupant  
rentes, accordements, la bien venue, l'entrée.

6. Cum autem in quovis genere disciplinæ προπαιδευμα ac  
præliminare inevitabile sit definitio, Coler. in præf. process. execut. &  
illa scalam ad scientiam apparet, & fundamentum sit sequentium,  
cæque neglecta pronus admodum & præceps in tractatione ipsa-  
rum rerum esse soleat lapsus, definio quoque Laudemium cum  
C.I. A.d. th. 59. quod sit quinquagesima pars pretii vel æsti-  
mationis loci, qui ad aliam personam transfertur. l. 3. C. de  
Iure Emphyt.

7. Quinquagesimam partem ipse gloriosissimus Imperator  
noster definit den fünnffigsten theil des Rauffschillings / ut pro  
100 florenis, solvantur 2/von 50 si einen/vnd von 100 zween gül-  
den/ ut dominorum avaritia, quam malorum matrem Imper. in  
Nov. 8. appellat, compesceretur, neve quid immoderatus exige-  
retur. Id quod ansam dedit Fulgosio Consil. 6. circæ med. ut sta-  
tuerit, quantitatem illam consuetudine tolli vel mutari non posse.  
Plus autem valde & minus quandoque de more regionis aut pacto  
exigi, multis exemplis docet Amad. à ponte q. 4.. Jure Norico est  
quintadecima pars pretii: ita enim in reform. Noric. l. 13 §. vnd so der  
eigen Herr tit. 23. doch daß der Käuffer den fünnfzehenden Pfen-  
niq/Pfundt/ oder Gulden nach anzahl der Rauffsumma zu hand-  
lohn endericht vnd bezahl. In Franconia, Saxonia, Thuringia est  
vigesima pars, ut scilicet quinque solvantur de centum, principi-  
bus nimirum. Nobilibus enim Franconiæ ferè 10. debentur de  
100. dann sic ex inveterato usu, (Wehner. in pract. observat. voce hand-  
lohn) von 100. gulden Rauffgeldt 10. gulden handlohn nemmen.

A 3

In

In quibusdam locis plures quam 10 vel 20 solvuntur solidi, & à misericordiis hominibus eorumque viribus & medullis miserè extorquentur, & vix precarius illis dimititur spiritus. Bald. in l. hoc jure. ff. de l. & l. gl. in l. si ager. §. 1. de V.O.

8. Hisce itaque tanquam metatoribus præmissis, non errare me puto, si in vestibulo cum Julio Claro in sentent. lib. 4. q. 23. & hæc quæram i. quis teneatur solvere Laudemium, Emphyteota an acquirens, emptor an venditor? Cum Amad. à ponte. q. 9. huic oneri allego novum Emphyteotam vel Emptorem. Wesembec. consil. 10. n. 2. Molina. in consuet. Paris §. 23. n. 8. Francisc. Solson. in Lucerna. Laudem. prelud. 5. ubi ait, generaliter omnes scribentes hoc tenere, & multis autoritatibus hanc sententiam confirmat Bursat. consil. 55. n. 16. Hartm. Pist. lib. 1. q. ult. Nisi aliter per statutum disponatur. Amad. à ponte d. l. unde Bald. in l. si prædium. in 2. column. C. de Ædit. Edict. dicit, quod quando statutum non faciat mentionem, quis debeat solvere gabellam, intelligatur, quod solvat acquirens & non vendens, l. debet. ff. de Ædit. Edict. De consuetudine autem inter partes ferè solet hac de re conveniri, vnd wird darauff gekauft/vnd vass bedinget / wer das Lehengelt tragen vnd erlegen soll. Alicubi enim dimidia pars solvit ab Emptore & altera dimidia à venditore. Wehner. in pract. observat. voce Handsohn.

9. Dixi quis teneatur solvere Laudemium, non enīos rōs  
ēlātōr vagari videbor, si 2. quærerem, Cui nam præstanta quinquegesima? Uno verbo, Domino directo, cui debetur pro labore investituræ & immissione Emptoris in possessione reali, rei venditæ. Guid. Pap. decis. 101. n. 3. Surd. decis. 31. n. 8. Item in tesseram agnationis & consensus. Henning. Gæd. consil. feud. 25. n. 8. & 9. & ob defensionem. Iaf. l. ult. n. 32. C. de Iure Emphyt. Wes. consil. 16. n. 8. quippe idē Laudemium nuncupatum quod dominum directum laudet & approbet. videt h. s. Non autem hoc intelligi debet, ac si omni novo Domino Laudemium præstandum esset, sed quando manus serviens mutatur, ut loquitur Frantzkius c. 4. n. 22. namq; Laudemium saltem ob novam investituram solvit, ea verò quæ à novo Domino pristino possessori fit, non pro novâ reputatur: sed magis est renovatio prioris investituræ, quam Dominus etiam invitus concedere tenetur. Factum enim antecessoris præstare necesse habet. c. i. qui success. ten. & c. i. de Invest. de re alien. fact. Adde quod mutatio, quæ sit ex parte domini sine facto possessoris contingat, ut proinde non satis æquum sit possessorum inde prægravari. Si enim

enim toties, quoties in persona Dominorum aliqua contingit mutatio novum Laudemium solvendum esset, nullus sanè esset hac in re modus neque finis: sed domini alienando bona pro libitu, novum emungere possent Laudemium, quotiescumque ipsis visum fuerit. Hartm. Pist. q. ult. lib. i. n. 16. adde si exemplum desideras Franzkium c. 4. n. 22.

10. Pone autem, quod Dominus directus decesserit, relicta heredi proprietate, alteri verò usufructu ipsius proprietatis, in quæstionem jam venit, si durante usufructu contingat rem Emphyteuticam alienari, cui debeatur Laudemium, proprietario an Usufructuario? Cum Julio Claro q. 23. in tract. Emphyt. id tribuo Usufructuario. Reputatur enim Jus Laudemii recipiendi inter fructus Emphyteuseos, ideoq; regulariter Laudemia usufructua-  
rio persolvenda sunt. Hartm. Pist. lib. i. q. ult.

11. De quibus autem rebus (lubet, quærere) sit præstan-  
dum Laudemium? Juris est expressi de rebus Emphyteuticis. l. 3.  
C. de Iure Emphyt. An autem de bonis feudalibus ultra officia E-  
questria etiam Laudemium debeatur à nonnullis in quæstionem  
deducitur? Negat simpliciter Anton. Gothofr. disput. 8. Feud. th. 8.  
lit. C. ubi ait, Laudemii solutionem à jure nostro feudali exulantem &  
alienam esse probat. s. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Negat & Wehner.  
in pratt. observat. voce Handlohn ex jure scilicet feudali non deberi,  
nisi & aliter statuto vel consuetudine loci sit receptum, cui & cal-  
colum album addo. Nam Schneidevvein part. 5. feud. n. 61. refert,  
de consuetudine introductum esse nonnullis in locis, das man von  
Ritterleben Gütern Lehenwahr gibt zur widergab vnd widerer-  
fändnis der Gaben vnd Wohlthaten / so der Herr mit der Beleh-  
nung dem Lehenman beweist. Adde Guid. Pap. decis. 415. n. 3. ubi ait, de  
generali consuetudine patriæ Delphinalis, Sabaudiensis & aliarum  
provinciarum circumvicinarum, accipi Laudemium instar re-  
rum Emphyteutarum ob feuda concessa.

12. Consequens jam est, ut etiam præmittam (4) ex quibus  
contractibus Laudemium debeatur? Cum Francisco Solson. in Lu-  
cern. Laud. qu. 1. principali, breviter me expediens, ut ad proposi-  
tum ipsum deveniam, aio, deberi ex omni contractu alienatio-  
nis, & ex omni actu, ex quo dominium transfertur de uno in alium,  
sive fiat per contractum Emptionis venditionis, vel per permuta-  
tionem sive in solutum dationem. l. fin. C. de Iure Emphyt. c. potuit.  
extr. de Locato. quod ipsum ab æquitate abhorre non videtur.

Quem-

Quemadmodum enim aliò migraturi, secundum statuta locorumque consuetudines tertiam vel quartam, aut decimam de bonis suis loci prioris superiori præstant (vulgò vocant den Abzug / Abschöß / Nachstewr / Abefarth / Auflösung / Abschiedung / Aufstauff) Gail. 2. Obs. 36. n. 10. Ita quoque novus Emphyteuta jure antidorali pro beneficio accepto Dominum aliquo honorario recognoscere debet, veluti in recompensationem ejus damni, quod Dominus ex immutatione personæ sentire posset. Hartm. Pistor. d. q. 50. n. 2.

Q. 13. An verò Liberi Emphyteutæ in Emphyteusi succedentes parentibus teneantur solvere Laudemium magna DD. diglatatio est? Etsi prima fronte videri posset, teneri eos, cum per successionem alteretur persona possessoris & divisio habeat vim alienationis: in alienatione autem deberi Laudemium modo dixerim 1b. antecedenti, Mod. Pistor. q. 35. n. 2. Ejus tamen negativam in cōfictu intrepidè sartam tectamque conservare studebo cum Salicet. in d. l. ult. n. 13. Amed. à ponte. q. 10. Hartm. Pistor. d. q. ult. & aliis.

Q. 14. Sed jam omissis illis, quæ pro institutæ materiæ necessitate prælibasse sufficiat, & viam planam & apertam redidere, non de juris hujus Laudemialis præscriptione contra novum Emphyteutam urgenda hoc loco sollicitus ero, cum animadverterim tractationem istam an sc: & intra quod tempus res Emphyteuticaria ob non solutum Laudemium committatur, aut emptor ea privetur, jam dudum decisam esse. vide Ioann. Petr. Surd. decis. 200. contra Corbulum de Iure Emphyt. c. 5.

Q. 15. Sed de præscriptione contra ipsum Dominum ventilata, an scilicet contra illum jus Laudemiale vel necessitas solvendi Laudemium possit præscribi & libertas fundo laudemiali adquiri.

16. Hæc controversia ex nobilioribus & famosissimis in iure nostro una est, eaque non ultima, cuius etiam usus in foro est frequentissimus, explicatio autem inter Doctores incertissima. Rationes speciolæ, & autoritates eximiae sunt in utramque partem, adeò ut vix sciam ad utram in tanto dissertationum ancipitum fluere atque Oceano transire, aut in quem satis tutum portum mo conferre ausim: quoenamque enim oculos & vela verto, est cœlum undique & undique pontus. Simpliciter hanc quæstionem affirmant Amed. à ponte q. 47. per totum. Gerhard. Maynard. decis. 46. pars 4. Paris de Puteo in cap. 170. an in tertiarium in pr. de quart. Episcop. debit quod lapsus 30 vel 40 annorum plenissimam ponat securitatem

l. 3. C.



l. 3. C. de præscript. 30 vel 40 annos. l. 4. C. eod. adeo ut contra eam amplius nulla detur restitutio. gloss. in l. ait Prætor §. promittitur, in verb. imputand. ff. de Minorib. Ioh. Petr. Surd. decis. 4. n. 4. Socin. in consil. 194. g. 6. vol. 2.

17. Præscriptionem autem hanc ita volunt contingere si scilicet Dominus novum Emphyteutam investierit absque ulla Laudemii reservatione, & postea per continuos 10 annos ab eodem canonem receperit, nec unquam debiti Laudemialis mentionem fecerit. Iohan. Baptist. Costa de retr. cap. 8. cap. II. num. II. & num. 13..

18. Eamque sententiam contra Ecclesiam quoque obtinuisse testatur. Papon. lib. 12. t. 3. A. Faber in C. suo de Iure Emphyt. defin. 53. Guid. Pap. decis. 161. n. 2.

19. Idque multò magis obtinere volunt in præscriptione immemoriali, quæ propter vetustatem vim legis. l. 1. & fin. ff. de aq. pluv. arcend. & constituti obtinet. l. hoc jure. §. ductusaque. ff. de aq. quotid. & aestiv. veritatisque vice fungitur, ut docet. Bald. in l. 1. in 3. not. C. de servit. & aq. Innocent. in cap. 2. de restit. in integr. Felin. in c. antecedentes column. 2. de præscript. & omnem defectum supplet, illudq; quod aliâs irritum, nullum, & invalidum est, firmum & validum reddit. Bald. in l. 1. C. de stat. defundit. Bald. de præscript. part. 1. quest. 6. num. 8.

20. Tum enim si novos colonos Domini directi multoties sine requisitione alicujus laudemii annotaverint, ab iisque simplices census acceperint, desuper apochas in optima forma reddendo; Dd. eos jus quæsum amississe dicunt.

21. Exactibus enim positivis induci consensum & renunciationem juris sui volunt. Iohann. Andr. in cap. qui tacet. de regul. jur. in 6. & DD. in l. Procurator. ff. ratam rem haberi. Bruno consil. 226. Felin. in c. cum Bertholdus coll. 4. v. 30. adverte. de sentent. & rejudic. Tyraquell. de legit. connub. gl. 7. v. Expens. num. 22. Et quia is qui tempus labi sinit dicitur renunciare concessionibus & privilegiis intra tempus impertitis. Bald. in l. 1. C. de integr. restit. eaque vis est temporis limitati, ut postea inducat contrariam dispositionem. l. fratres. ff. de pœnis.

22. Idque non tantum quoad præcedentia præmia seu Laudemia, quis die verfall ne Ebrschas extendunt: sed etiam ad futura porrigit, seu ad amissionem & extinctionem juris in universitate.

sum, per regulam sive Brocardicon vulgatum: negligentia praecedentium excludit petitionem sequentiam, quod Bartolus cum allegatis inculcat in l. de pupillo. 5. §. si in pluribus locis. 16. de Nov. oper. nunciat. n. 2. v. si negligentia, facit quadantenus Tuscus conclus. 11. n. 34. inf.

23. Idque multò magis si intervenerit actuum seu venditionum frequentia & pluralitas ( wann ein Ehrschäfig gut albereit in die 5. oder 6 hand gerathen ) ultra justam temporis intercedinem intra quam facta aliquoties rei alienatione Domino nihil solutum sit: Panormit. in c. ad audientiam de præscript. n. 17. quem allegat nec reprobat Frantzkius dicto tractatu de Laud. c. ult. n. 17.

24. Ediverso plurimi sunt, qui negant Laudemii jus seu requisitionem des. Ehrschäfig forderunq unquam posse præscribi.

25. Rationem primam & potissimam hanc adducunt, quod res sit meræ facultatis, quæ quolibetcunque casu exigi possit vel non possit. l. 2. ff. de via publ. Francisc. Balb. tract. de præscript. p. 4. p. 5. pr. q. 1. incipit, capio quartam partem. n. 1. & seq. Wesemb. in π. de Vsurpat. n. 10. Item consil. 2. n. 47. Gail. 2. obs. 18. quia liberi arbitrii seu voluntatis, cui non præscribatur; & quia ex actibus merè voluntatis possessio vel quasi acquiri non possit. l. Proculus. ff. de damno infecto. l. 1. §. deniq. l. s. in meo. ff. de aqua pluv. arcend.

26. Alteram summo nisi eruerere conantur ex l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.

27. Tertiam hanc ingerunt, quia definiti juris sit, ut quan- docunq; Emphyteuta eò deveniat, ut domino directo dominium suum in controversiam vocare velit, illius juris omnimodo jacturam faciat. Iur. Clar. in §. Emphyr. q. 25. Amad. à ponte q. 50. Corbul. de Iure Emphyt. c. i. m. 2. cum imò prima causa sit, ob quam Emphyteuta jus suum amittat, mendacium & inficiatio: quæ variè puniri solet. l. ult. ff. de rei vindicat. l. inde Neratius §. hac actio. ff. ad L. Aquil. quin & furi comparatur inficiator. l. 52. ff. de furr.

28. Distinguunt alii initio am casus solutionis emerserit, nec ne. Ut hoc casu licet res per centum annos possessa esset, & casus solutionis nullus evenisset, puta, si alienatio in extraneum nulla facta sit, præscriptio libertatis solvendi Laudemium non sit introducta, c. sancimus, de feud. sine culpa non amitt. Amad. à ponte quest. Laud. 47. Felin. in cap. cum accessisset column. 10 num 21. vers. b. an regul. da const. & ibi Decius. Balb. de præscript. in quart. part. 5. part. q. 1. illo

Illo casu subdistinguunt de solutione Laudemii in præteritum & futurum. Ut si aliquando casus evenisset, præscriptio procedat quantum ad laudemia præterita, seu quorum ex actio ante 30 annos fuit: eaque post hunc terminum exigi non possint: Benè autem futura. Amed. d. l. Balb. de prescript. d. loc.

224.

29. Mihi verò placet distinctio inter Laudemium materia-liter sumptum, hoc est, inter utilitatem seu pretium ipsum quod singulis venditionum actibus exigi poterat, & Laudemium forma-liter acceptum, pro ipso jure quinquagesimam ipsam exigendi. ut Laudemia quidē ipsa, id est, pecunia singulis vicibus præstanda 30 annis præscribatur; & ita commodum præteritum amittatur: non autem Jus Laudemiale, hoc est, facultas imposterū, ubi casus venditionis emerserit, Laudemium exposcendi.

30. Idque ideò quia jus istud meræ facultatis est, ergò præscribi nequit, quod satis th. 25. est deducendum, adde C. I. A. lib. 18. t. 1. th. 54. Gail. 2. obs. 18.

31. Maximè ab ipso possessore contra Dominum. d. l. 2. C. de prescript. 30 vel 40 annor.

32. Et quia non plus præscribi potest, quam quasi possessum fuerit. l. 1. §. si quis interd. ff. de Iur. actuque privat. l. deniq. & l. seq. Ex quib. maior.

33. Denique cum præscriptionis jura sint odiosa non sunt temere extendenda. c. ne aliqui de privileg. in 6. c. odia. de reg. jur. in 6. l. cum quidam. ff. de Liber. & posth. Paris. consil. 114. num. 24. lib. 1. Decian. resp. 22. n. 26. vol. 1. & inde strictissimi juris esse dicitur præscriptio. Crayett. consil. 972. Sixtin. de reg. al. lib. 1. c 5. n. 173.

34. Secus est de actuali perceptione sive exercitio huius iuris & commodo, cuius sanè negligentia seu neglectus præscriptio-ne 30 annorum ut alia iura, amittitur. Nec evertit hanc distinctionem axioma illud, quod dissentientibus pragmaticis crebro in ore est atque calamo: negligentiam scil. præcedentium excludere petitionem sequentium: Nam procedit hæc regula, quando prædens illud se habet tanquam causa ad sequentia: non quando causam aliam & diversam habet, ut ipse Br. & ejusdem apostillator Alexand ibidem annotavit.

35. Unde ea venditio, quæ intra 30 annos celebrata est (licet eam alii præcesserint) exclusa non est, sed de ea Laudemium etiam 29 anno exigi potest.

B. 2

23. Qui-

Q.

36. Quibus ita deductis libet affinem annexere disquisitionem, num ergo pretium venditionis, de quo Laudemium praestandum est, accipendum sit deductis meliorationibus, an vero pretii integri & universi, Laudemium debeatur?

37. Nonnullis iniquum videtur domum Emphyteuticam seu Laudemiale eamque fortè ruinosam & antiquam, initio 200 puta florenis venditam, postea restauratam, & plurima sui parts melioratam, ita ut 100 florenis venierit, oneri quinquagesimæ totam subiici.

38. Cum hoc pacto novus colonus non de re dominorum directorum: sed de sua propria pecunia, quam in ædes Laudemiales impedit, Laudemium solvere cogeretur.

39. Sed hæc tanti momenti, tantique ponderis non sunt, ut me ab ista radicata sententia abstrahant, nempè quod omnino universum pretium debeatur.

40. Meliorationes enim accedunt fundo, ut accessiones suo principali. l. 2. C. de rei vend. Accessoria quippe ad naturam & qualitatem suorum principalium trahuntur, & ea in qualitate sequuntur, & ab illis non separantur. l. s. dñs & ibi Bart. in i. not. ab. C. per quas person. nob. acq. Et quicquid in alterius rei cadit augmentum, sortitur illius naturam. Surd. decis. 78. Cum præterea contractus Emphyteuticus eâ fiat maximè ratione, ut res melior efficiatur, quod colligitur ex ipsius verbi Etymologia. l. fin. C. de Iure Emphyt. & ibi Gloss. Emphyteusis enim dicitur, quod Latinis est implantatio seu insitio, & per metaphoram melioratio, quod sub meliorationis lege constitui soleat. Wesembec. in π. si ager rectig. Ideoque si præmium Emphyteuticum non melius & cultius: sed deterius redditur, de eo Emphyteuta eiici potest, cum contra legem contractus agat. Nov. 120. c. 8. & auth. qui rem hujusmodi. C. de SS. Eccles. Iul. Clar. l. 4. sent. §. Emphyteusis q. 26.

41. Et sibi imputare debet colonus, quod sciens fundum aliorum esse, tot impensas fecerit; & hanc etiam ob causam tam exiguum & fructibus non correspondentem canonem accipit dominus, quod sanè non fieret, si meliorationes in usum ipsius non vergerent.

42. Atque ita rectissimè in causa appellationis NN. decisum est, das weien dessen in actis verm. Idem jüngsten vertaußs adiunctum Emphyteuticarum & Laudemialium von dem bestimpten faußg. It

DCC



der 400 guldens vnaecht das ehrschäzige hauss auf einem schlechten nachgültigen hüttelein / welches kaum 3 oder 400 gu'den werth gewesen / außs new erbawt / vnd vmb so viel verbessert worden ) der fünffzigste pfennig des Rauffschillings / das ist von jeden 50 einen gulden / vnd also in summa 48 gulden Appellanten an statt des verfallenen Ehrschäss überzahlen.

42. Forsan non injundum erit, si & alteram his affinem adiecer. An scilicet Domini directi cogi possint, ut jus ejusmodi vendant, stante imprimis statuto, das man ewiae sinse als an welchem die Burkerschafft hoch belästiget würd/ ablösen möge? Ut est constitutio municipalis in clytæ hujus Reipubl. Argentinensis tit. von ordnung der ewig. n unsen anno 1523. promulgata, item statutum Francofurtense part. 2. tit. 7. art. 12.

44. Apertissimi quidē juris est, quod nemo invitus vendere cogatur l. 11. l. 13. l. 14. C. de contrah. Empt. l. 5. C. de O. C. A. l. 16. C. de lute detib. l. 20. de R. V. l. 9 ff. de alt. rer. amot. l. 2. C. ut nem. liceat in Emp. spec. se excus. C. I. A. de contrah. Empt. th. 32 Sed hæc regula numerosas patitur exceptiones, ait Socin. reg. 530. ubi §8 recenset. Præsertim cum favor publicus privatæ utilitati præferendus, text. elegans in c. Imperialem pr. de prohib. feud. alienat per Loth. text. in l. si qui in grave §. utrum. ff. ad SCium Syll. & l. utilitas. C. de principiis. l. unita. §. fin. C. de iad. toll. Et publicæ utilitatis gratia à regulis juris communis recedatur, multaque permittantur, quæ aliâs sunt interdicta & prohibita. l. 51. §. ult ff. ad l. Aquil. c. Abbe. §. fin. vers præsentum de sentent. & rejud. in b. l. Barbarius. ff. de Off. Præter. Unde Hippolyt. in pract. criminal. §. aggredior n. 72. & Bald. in c. Ecclesiæ S. Mariae. de constit. num. 8. dicunt, favore reipubl. statutum Laicorum obligare Clericos, contra text. in Auth. cassa. C. de SS. Ecles. vide C. I. A. d. l. Schneidevvein. de Empt. vendit. n. 7. Mynsinger. 5. Obs. 77. Gail. 2. Obs. 56.

45. Sed quid ego ad hanc ancipitem, & Gordio nodo intricationem quæstionem? Veniam merebor, nec plagium me commissurum sperabo, si iisdem verbis, quibus olim ad eandem respondit Jurisconsultus quidam celeberrimus, Præceptor & Patronus (heu quondam) meus optimus, desideratissimusque, hæc quæstionem dimisero, cum neque meliores rationes, nec digniora verba invenerim, quod mea me fateri cogit tenuitas. Nemlich/ das ein vnterscheid gemacht soll werden vnter den ewigen Zinsen/ dañtliche deroselben keine eigenschaft auß ihnen tragen / noch von

Location vnd verleihungen herrühren: sondern lediglich als onera  
vnd beschwerden auf ein fremdes Gut gelegt sein: dieselbe können  
nach aufweisung eines municipals abgelöst werden: Etliche aber  
tragen eygenschafft auf ihnen / sonderlich die von Erbleyhungen/  
oder andern locationen herrühren/ selbige können keines wegs nach  
aufweisung derselben wider des Zinsherren willen abgelöst wer-  
den. Et hac distinctione magni viri et lubentius usus sum, quod  
eam suggestere videatur supra laudatae inclytæ Reipub. Argento-  
ratensis constitutio municipalis, ubi dicitur, doch sollen die angene  
(alia MSS. haben ewige) Zins als E. b. vnd Mannlehen / auch  
Erbleyhungen hierinn nicht begriffen: sondern als ein Gottlicher  
vnd richtmässiger Zins zugelassen sein / cui consentit Constitutio  
Francfurtensis part. 2. tit. 7. art. 12. hisce verbis, doch so fern sie (die  
ewige Zins) die Lehen vnd Eygenschafft nicht auf ihnen tragen  
oder hetten.

46. Atque hæc de spinosissimâ hac materia delibasse suffi-  
ciat, id unum efflagito, ut si minus accuratè hac de re dixisse vide-  
bor, illud ipsius materiæ gravitati imputetur, quæ plurimis abditæ  
difficultatibus diversis quasi vultibus rationum unum quemque  
ad hanc vel illam sententiam facile allicere poterat. Præterea cum  
hæc materia ut in foro gravissimis controversiis & dubitationi-  
bus frequentata, ita nullibi ordinatè tractata, loquor cum Frantz-  
kio in præfat. de Laud. & Iason. in l. fin. C. de Iure Emphyt. n. 30. nec ipse  
Frantzkius (pace autem ranti viri dixerim) in præscriptione Laude-  
miali multis fuerit. Et ex practica magis quam ex libris addisci  
debeat, Coler. in proceß. Execut. p. 1. c. 10. n. 195. Et immensum æquor  
sit, à nemine sulcatum, quin nec aditum Hartm. Pistor. quest. ultim.  
Et quæstiones de Laudemii sint quæstiones viro dignæ. Hieron.  
Cagnol. in repet. l. 2. C. de pact. inter Empt. & vend. apud æquos excusa-  
tionem (uti spero) facile merebor censure, si materiam hancce  
non pertractaverim; sed tractaverim. Idque èd magis quod ipse  
lubens agnoscam, alium invenire me posse plura & meliora, nemini  
omnia. Sed diu satis in materia gravi & odiosâ, ut eam appelle-  
lat Molineus in consult. Paris in §. 32. gloss. 2. num. 3. candidum Lecto-  
rem detinui. Habeat jucunditatis & refocillationis ergò hæc  
Episagmata & Episodia.

I. In confinio occisi cognitio an ei tribuenda in cuius terri-  
torio prostratus capite, vel in cuius pedibus incumbit? Subtilis  
& in-

& intricata est quæstio. Posteriorem affirmare annitat contra Dd. dissentientes.

2. An pœna Homicidij in multam pecuniariam converti possit? De hac quæstione mirificè equidem contendunt Dd. Negantibus tamen subscribendum judico.

3. An qui ad patibulum & raptores ad rotam damnati, aut qui in partes dissecantur avibusque dilaniandi exponi solent, sepulturâ jure priventur? Cum affirmantibus facio.

4. An relictâ ad pias causas deficiente causa ob quam data sunt sicut caduca, ita ut revertantur ad heredes an ad alios usus pios transferri possint? Pro posteriori parte existimo.

5. An si artifici Juvenis locatus fuerit, ut in artificio instruantur, cum pacto, ut per certos annos apud ipsum maneat, dat er die Lehrjahre auf sich n solle, isque auffugiat, teneatur à reditu ad integrum tempus de novo, an verò tantum ad tot dies, quot abfuit. Posterius juri consentaneum, nisi consuetudo reclamet.

6. An purgandi ratio quæ est in can. sèpè contingit. 2. quest. 5.  
Ich will das heilige Abendmahl darauff empfanen/ das ichs nicht gehan habe sit probanda? Esse improbandam me saniores Theologi informant.

7. Locatores Museorum sibi ipsis nonnunquam in propria causa jus dicere, bibliotecasque studiosorum pro levissimo debito velut harpyiae invadere solent, unde an hi Libri pro mercede locationis ipsistacitè sint obligati, quæritur? Negativè concludentes justiora arma induisse ostendere conabor.

8. Vexatissima est quæstio, an privilegia Authent. Habita illis etiam competant studiosis, qui in patria studiis invigilant? Affirmantibus ad stipulor.

9. An Doctores bullati eadem cum aliis qui in Academiis promoti dignitate polleant? Cum grano salis affirmantem sequor.

10. An principes seculares Ecclesiasticam habeant potestatem? Ardua sanè & magni momenti quæstio diu in Theologorum & JCtorum synedriis sequestrata, affirmantium autem aridet sententia.

11. Lepide quærunt Dd. An fratribus mendicantibus, Franciscanis sc: ususfructus constitui possit. Negantium opinio verior.

12. Libris omnibus legatis Jurisconsulto, an veniant solum libri legales, & nonnullis in dubium vocatur? Omnes venire statuo.

Gloria tibi Domine Jesu, qui es omnia, & super omnia  
& præter omnia. Scalig. exer. 365. f. 2.

V I R O Clarissimo,

DN.

JOHANNI HENRICO SCHILLIO, J. U.

CANDIDATO, pro impetrandis, quos meruit, summis Doctoratus honoribus disputanti,

*feliciter acclamo.*

Non tua Romanos enses facundia, Tulli,  
Sola artes docuit Pacis Musasque vereri:  
Hic quoque, qua dubius Mars undique tela minatur,  
*Cedunt arma toga.* Jurisprudentia victrix  
Non contenta scholæ consultos sæpe dedisse  
Artis inexhaustæ, mediis interrita turbis,  
Instruit eximiæ rursum spectacula Pompæ,  
Ducendumque tibi, SCHILLI Præclare, triumphum  
SCHILLI, quem fortæ operæ, pugnæque, laborque,  
Quem fortuna Piis sudantem exercuit armis.  
Quem nova iam virtus stimulat decreta trophæa  
Tanquam decernenda tenace labore mereri.  
Quem cathedra excelsæ fundentem dogmata mentis  
Affuet expectat Plausu: quem scriptio docta  
Laudandum cunctis sua per *Laudem* monstrat.  
Dilectum, SCHILLI, caput, & Peramabile fidus  
Nostratis cæli, quam te latusque lubensque  
Exemplum facio votorum; cum reparandæ  
Ruderibus Patriæ soleo nova fulcra precari!  
Perficiat quod cœpit opus, qui perficit unus  
Omnia: nec sanctis sua numina subtrahit ausis.

Jo. Henricus Bœclerus,  
Eloq. Prof. P.



**ULB Halle**  
005 714 745

3



1017



# Farbkarte #13

B.I.G.



atis satoris & datoris  
auxilio gratioſo ſubmiffè  
tè invocato,  
& Ampliſſimi  
**S U L T O R U M**  
trinā Inclytæ Reipubl.  
nis Universitate  
r Autoritate,  
AUGURALES  
DE  
R I S  
**E M I A L I S**  
RIPTIONE.

T A T U M A C  
I N U T R O Q V E J U R E  
m obtinendorum

A V S . A  
nsuræ publicæ ſubmittit,  
pugnaturus eſt

HEINRICUS Schill/  
o-Marchicus.

Mensisbris.

N T O R A T I  
N N I S R E P P I I .

D C . X X X V I I I .

218.

1638, 3.